

1244. 12. Kal. Aug.

389.
Ex Tomo II. Actor, Borussia: impressi: Regiomoni: et Lipsi:

Litteræ Innocentij IV. papæ ad habitantes
terre Culmensis de mittendo legato. 1244. 130

Innocentius quartus episcopus, servus servorum
Dei, dilectis filiis habitatoribus terre Culmensis
et Teutonicis habitantibus in Borussia, salutem
et apostolicam benedictionem. Zelum fidei et cha-
ritatis ardorem, quem habuisse hactenus et
habere constantia inconvulsa noscimini, in exal-
tatione christiani nominis, redimendis captivis
et subiugandis paganorum partibus dominio
christiano, diligenter attendentes, votis vestris,
tam super mittendo vobis legato illo viro,
quem tantis desideriis affectatis, quam etiam
super aliis ad commodum vestrum spectanti-
bus libenter annuimus, et ea quæ vestrum, et
ipsius terre bonum statum respiciunt, modis
quibus possumus procuramus. Licet autem
presentia venerabilis fratris nostri Sabinensis
episcopi, sit nobis apud sedem apostolicam,
propter sui maturitatem consilij plurimum oc-
portuna; volentes tamen vestra in hac parte,
non sine nostro incommodo, satisfacere volun-
tati, ac sperantes firmiter, quod idem in di-
lis partibus, in quorum conversione dignoscitur
laudabiliter laborasse, debeat existere mul-
tipliciter, tanquam is qui animarum lucra
indiesinenter desiderat, fructuosius ipsum ad
vos, commisso sibi tam in vestris, quam etiam

quæ

quibusdam aliis partibus plena legationis officio, in brevi providemus destinandum. Rogamus itaque universitatem vestram, monemus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus in Jesu Christi negotio, quod assumpsit ex animo per rei evidentiam probamini prosequendum taliter firmitate solita persistatis, quod idem episcopus, cum ad vos in officio legationis accesserit, solitudinis vestra vigilantium possit in Domino immerito commendare, vosque cursum capti feliciter operis consumantes apprehendere salutis aeternae premium, divina propitiante clementia valeatis. Datum Januae duodecimo Kalendas Augusti, pontificatus nostri anno secundo.